

Proponenda pacificatoribus in re  
Prutenica ex parte regis Poloniae.

23  
Inter consultandum de firmandis tracta-  
tibus inter maiestatem regiam et regnum,  
ac inter magistrum et ordinem Prussiae, quo  
in posterum omnibus difficultatibus via pra:  
cluderetur, ita visum est, ut arbitri in quos  
compromissum est, vel eorum delegati, fer-  
rent sententiam ex condito et concordia par-  
tium, terras omnes Prussiae ad nullum  
alium quam ad regem et regnum Poloniae  
iure hereditario pertinere.

Quae sententia cum lata fuerit, ampu-  
tabitur omnis occasio per quoscunque  
homines tractatus ineundus turbandi, quan-  
doquidem per huiusmodi decretum, maiestas  
regia erit libera de ipsis terris Prussiae,  
ut volet, ac ut illi et regno videbitur dispo-  
nere, et tali modo tractatus in partem ultra-  
que firmos et securos efficere.

Quod si non videbitur posse ipsa sen-  
tentia per arbitros deputatos fieri, partim  
quod in eos super articulo iuramenti tan-  
tum est compromissum, partim quod eorum  
facultas brevi expirabit, visum est posse de-  
novo vel in eos vel in aliquos alios, super  
iure et proprietate ipsarum terrarum Prus-  
siae compromitti, qui eiusmodi sententiam

ex condito ferrent.

His presuppositis, que ad firmandos tractatus pertinent, videtur in eam sententiam dominis ducibus respondendum: quod maiestas regia, que propter imminentia pericula ab infidelibus toti christianitati, libenter cuperet non solum se, et regnum suum, sed totam christianitatem pacificari, et que adeo non optat bellum aliquod gerere cum propinquis et vicinis suis, ut etiam longe magis cuperet illis in rebus omnibus prodesse et commodare, non gravetur accedere ad eas conditiones, quas sue illustitates proposuerunt, ut videlicet terra Prussiae quas ordo possidet, cederent in hereditatem domino magistro et eius domui iure feudali.

Verum ut civitates et arces per ipsum dominum magistrum hoc bello adempte penes illum manere deberent, et presertim ecclesie bona, id maiestati sue nullo pacto, neque honestum est, neque licitum consentire.

De suis etiam oppidis et aribus non modo non videtur equum maiestati regie, ut quidquam ipsi domino magistro addere deberet, ut etiam sibi merito aliquid concedendum existimet. Cum enim he terre ordinis venient in hereditatem domino magistro et eius domui, magis tractatus ii  
essent

essent ex re et utilitate domini magistri,  
quam maiestatis regie, cui iam onus in:  
cumberet ipsum dominum magistrum et  
domum eius in ipsarum terrarum Brus:  
sie a possessione quibusvis impetitionibus  
tueri et defendere.

Igitur equum videtur maiestati sue  
regie, et ita vestris illustitatibus proponi  
mandavit, ut que oppida vel arces sunt ab  
hac parte fluvii Passana, aderent maiestati  
sue et regno, ea vero omnia que ultra  
ipsam fluvium sunt, venirent in heredita:  
tem domino magistro et domui Brande:  
burgensi, exceptis tamen huius ecclesie  
Parmiensis, que ut dictum est, maiestas  
sua nullo pacto potest ab ecclesia aliena:  
ri permittere.

Quod si ad eas propositiones res indu:  
ci non posset, proponeretur illis, ut pro op:  
pidis et aribus que in hac parte sunt  
fluvii Passana, daretur domino magistro  
equivalens contentatio bonorum in regno,  
vel summa pecuniaria redimerentur.

Si et id non susciperetur, agendum  
videtur, ut saltem aliqua loca ex dicta  
parte magis regno neuvana, et ex qui:  
bus postea possent incommoda multa  
regno coenire, si forent in manibus alie:  
nis, inter tractandum elicitarentur.

Quod si nec id effi possent, ut tandem  
in

159  
in hoc staretur, quod ea bona que sunt  
ex hac parte fluvii Passania darentur  
in hereditatem commendatoribus, qui iure  
feudali ea tenerent, et regno subiecti  
essent.

Denique rebus sic constitutis, ut domi:  
nus magister et ordo ipsius, traderet  
maiestati regia omnes literas et muni:  
menta sua, quecumque à duibus Polonia,  
à summis pontificibus, cesaribus, et ali:  
is quibuscumque habet super terris Prus:  
sia, nec non et eas, quas super terra  
Pomerania ratione cuiusdam emptionis à  
rege Bohemia, et duibus Pomerania ob:  
tinuerat. 1525. in Martio.